



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Ida Vidva.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

## IDA VIDVA.

**F**Vit ea Comitissa Boloniensis ad Oceanum in tractu <sup>13. Apr.</sup> Calerano mater Godefredi Bullonij & Balduini Regum Hierosolymitanorum: quæ in Flandriæ Monasterio Wastensi iacet sepulta virtutibus & miraculis clara. Ad hunc locum petierat ipsa Monachos quosdam mitti, à beato Hugone Cluniacensi Abate. Plura vide apud Iperium in Chronico manuscripto Bertinensi, & apud Ioannem Becanum libro primo Originum Antuerpiensium. Idæ pietas ac liberalitas erga Monachos Afflighemienſes in Brabantia ex eo satis diplomate agnoscitur, cuius partem apud Miræum habes hâc die in fastis.

## IDA BERGA VIRGO.

**E**Ius meminit Gazæus in sanctis dicecetios Ipranæ narratque Reliquias eius allatas cum corpore sancti Oswaldi ex Anglia ad Monasterium sancti Winoci anno Incarnationis Domini 1038. par Balgerum eiusdem Cœnobij Religiosum.

## IOANNES

*Abbas Blandiniensis.*

**D**Efuncto beato Florberto primo Blandiniensis Cœnobij Abate, successor ei datus est per sanctum Amandum Blandinij fundatorem Ioannes vir religione ac moribus venerandis. Vitam eius ampliorem in serie Abbatum Blandiniensum Antiquitatibus Ganduensi-